



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Blasfemiae peccatum fugiendum est propter quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

ter. Perite, & accipietis, pulsate  
& aperietur uobis. Idcirco diuus  
Pater Augustinus humanam redar-  
guens segnitiam dicebat. Erubef-  
cat humana pigritia, plus uult il-  
le dare, quam nos accipere, plus  
uult ille misereri, quam nos à mi-  
seria liberari. Tertio, quia sæ-  
pe plus dat, & melius quam peti-  
tur. Exemplum extat Salomonis,  
cui petenti solum cor docile ad re-  
gendum populum Israel, dedit ei &  
diuitias, ut nemo in cunctis terræ  
regibus similis sui foret. Vnde D.  
Bernardus dicebat. In duobus indu-  
bitanter sperare possumus, quoniã  
aut dabit quod petimus, aut quod  
utilius nobis nouit. Quarto, quia  
gratis dat, sine spe remunerationis.  
Vnde Iob dicebat. Si iustè egeris  
quid donabis ei?

Auguf.

3.Reg.2

Bern,

Iob.35.

*Blasfemia peccatum fu-  
giendum est propter  
quatuor.*

**P**rimo, fugiendum est propter  
penam, qua Dominus legitur  
blasfemos punisse. Ecce filius  
Mulieris Israelitidis, quem pepe-  
terat de Ægypto, in filios Israel uir

Leui.24



CHRISTIANA

gatus est in castris cum uiro Israeli  
 ta, cumque blasphemasset nomen do-  
 mini, & maledixisset ei, misit eum  
 in carcerem Moyses, donec noce-  
 ret quid iuberet Dominus, qui lo-  
 cutus est ad Moyssem dicens. Educ  
 blasphemum extra castra, & lapidet  
 eum uniuersus populus. Et dixit  
 Dominus. Homo qui maledixerit  
 domino suo portabit peccatum su-  
 um, & qui maledixerit, uel blaste-  
 mauerit nomen domini, morte mo-  
 riatur. In Dialogo etiam Diui Gre-  
 gorij legitur puerum quendam, qui  
 nomen domini blasphemauit, mor-  
 tuum fuisse à diabolo. Secundo fu-  
 giendum est, quia hoc peccatum  
 uix remittitur. Vnde in Mattheo  
 dicitur. Spiritus blasphemiae non re-  
 mittitur duodecimo. De hoc peccato  
 legimus apud Ioannem. Est pec-  
 catum ad mortem, non pro illo di-  
 co, ut reget quis. Non impetrat  
 quicumque huius peccati remissionem,  
 imò oportet esse hominem  
 magni meriti, qui remissionem huius  
 peccati alii impetret. Magnitudinem  
 huius peccati ex hoc ostendere possumus,  
 quòd alii peccatores contumeliam deo  
 inferunt, in rebus seruorum suorum,  
 sicut serues, & latrones; uel in seruis eius,  
 sicut

Grego.

Mat. 12

1. Ioan.  
ultimo.



sicut homicidæ, blasphemus infert  
 ei contumeliam in sua propria per-  
 sona. Item Magnitudo huius pec-  
 cati cognoscitur per contemptum  
 qui est in talibus, non enim tale  
 cõuiciũ Episcopo, uel potestati, aut  
 prætori uel principi, nec militi di-  
 ceret, quod dicit Deo. Tertio fu-  
 giendum est, quia hoc peccatum  
 diabolicum est, & quasi loquela in-  
 fernalis. Illi qui erunt in inferno  
 blasfemabunt Deum cęli, præ dolo-  
 ribus, & uulneribus suis. Ergo si-  
 cut in loquela gallicus dignoscitur,  
 sic blasphemus cognoscitur esse de fa-  
 milia diaboli, & sic ad infernum per-  
 tinere. Vnde sicut dictum fuit Pe-  
 tro. Verè tu ex illis es, nam & lo-  
 quela tua manifestum te facit, sic  
 potest dici blasfemo, uerè tu de in-  
 ferno es, nam loquela tua manife-  
 stum te facit. Quarto, quia tales  
 peiores canibus esse uidentur. ca-  
 nis enim non lacerat, aut mordet do-  
 minum suum, isti uero lacerant do-  
 minum suum, dum blasfemant. Nec  
 solum culpabiles sunt huiusmodi,  
 sed etiam qui tolerant cum possint  
 prohibere, ut parentes filios non  
 corrigentes, & caupones qui tales  
 in hospitiiis eorum blasfemare per-  
 mittunt, quod non permetterent de

Apo, 13

Mat, 26

E



CHRISTIANA

vicinis suis, tales inquam peiores sunt iudeis, in hoc quod ipsi audita blasfemia aures obstruebant. Continuerunt aures suas, legitur in actis Apostolicis, & hoc ne blasphemiam audirent. Vnde D. Pater Augustinus ait, Non minus peccat qui blasfemat Christum regnantem in caelis, quam iudei qui crucifixerunt ambulantiem in terris.

Act. 7.

Auguf.

Et. 109A

*Bona opera dicuntur lux propter tria.*

Eph. 5.

**P**rimo, quia in nobis lumen referunt. Vnde Paulus dicebat. Fuiſtis aliquando tenebrae nunc autem lux in domino. Secundo quia cum lumine fiunt. Sicut ait

Psa. 138.

Regius Psaltes. Domine in lumine uultus tui ambulabunt &c. Tertio, quia ad lumen uitae aeternae ducunt.

Da. 12.

Vnde apud Daniele legimus. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti. & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.